

Ad futuram rei memoriam.

Causa Con-
cessionis.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Vi-
carius Generalis, Assistentes Generales, &
Substituti Diffinitorii Congregationis Gallicanae
Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini
Excalceatorum nuncupatorum, quod cum jam
pridem multi Christianifideles, ac praesertim Cha-
rissimus in Christo filius noster Jacobus Magnae
Britanniae Rex Illustris, necnon Charissima iti-
dem in Christo filia nostra Maria ejus Magnae
Britanniae Regina Illustris, imo, & quamplures
ab haeresi ad fidem Catholicam conversi ab ipsis
expostularent, ut in Expositionibus, & Benedi-
ctionibus Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti,
quae frequenter in Provincia Franciae ejusdem
Congregationis, ac praecipue in Conventi-
bus Civitatis Parisiensis, & Suburbii Sancti
Germani in Laya nuncupat. dictae Civitatis,
magno populi concursu fiunt, Hymni, versus
aliaque, quae ea occasione cani solent, modo
plano decantari valeant; In Statutis vero Con-
gregationis praedictae totum Officium sine notis
cantari praecipitur; ipsi Exponentes Hymnos,
ac preces hujusmodi, quae in Expositionibus,
ac Benedictionibus praedictis canuntur, quaeque
ad Divinum Officium nullatenus pertinere vi-
dentur, dicto modo plano, & cum notis, prout
similiter Missas Defunctorum praefatis scilicet
Christifidelibus idipsum exposcentibus, solem-
niter decantare posse, ac proinde opportunam
ad praemissa facultatem pro Conventibus Pro-
vinciae supraedictae dumtaxat sibi a nobis concedi
plurimum desiderant.

Preces Supe-
riorum, &
Officialium
Congregatio-
nis.

§.1. Nos igitur ipsos Exponentes speciali-
bus favoribus, & gratis prosequi volentes, &
eorum singulares personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis
a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodate
existunt, ad effectum praesentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tas fore censentes, supplicationibus eorum nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati,
de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
Cardinalium, negotiis, & consultationibus Epi-
scoporum, & Regularium, qui relationem
Venerabilis Fratris Marci Archiepiscopi Da-
masцени apud Charissimum pariter in Christo
Filium nostrum Ludovicum Francorum Regem
Christianissimum nostri, & Apostolicae Sedis
Nuncii super praemissis transmissam, necnon
dilectum Filium Valerianum a Sancta Cecilia
Procuratorem Generalem dictae Congregatio-
nis audiverunt, consilio, eisdem Exponentibus
petitum Indultum pro Cantu plano, cum notis
in Hymnis, & precibus praedictarum celebra-
tionum tantum auctoritate Apostolica tenore
praesentium benigne concedimus.

Concessio
praedicta.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes Literas,
semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit, in omnibus, & per om-
nia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,

judicari, & definiri debere; ac irritum, & ina-
ne, si secus super his a quoquam quavis au-
thoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non Congregationis, Provinciae, & Conventuum
praedictorum, etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis
quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in-
contrarium praemissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omni-
bus, & singulis, illorum tenores praesentibus,
pro plene, & sufficienter expressis, ac ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore
permanens, ad praemissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Pisc. die XVII. Mart. MDCXCVIII.
Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CLVII.

Confirmatur Decretum Congregationis Sancti
Officii de Vicariis Foraneis, aut aliis ab Ordina-
riis Americae in locis a Curia Episcopali ultra
duas dietas distantibus pro statu libero
contrahentium eligendis.

Dat. 7. Maji
1698. An. 7.

De auctoritate Vicariorum Apostolicorum in Orien-
te vide Const. ed. 1697, Feb. 6, P. 8.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

PRO parte charissimi in Christo filii nostri
Caroli Hispaniarum Regis Catholici exponi
Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis vir
modernus Comes de Altamira ejusdem Caroli
Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator,
quod cum ipse dicti Caroli Regis nomine Con-
gregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium in universa Republica Christiana
contra haereticam pravitate Generalium Inqui-
sitorum a Sede praedicta specialiter deputatorum
exposuisset, ipsi Carolo Regi innotuisse scandala
in partibus Americae eidem Carolo Regi subje-
ctis vigentia, eo quia Ordinariis earumdem
partium indistincte omnes suos subditos matri-
monium contrahere volentes ad probandum
suum statum liberum in cujuslibet eorum Curia
Episcopali compellentibus, ii, qui a Curia hu-
jusmodi longe aberant, post conclusum matri-
monii tractatum, sive quia testes, qui ad Curiam
praedictam accedere vellent, non inveniebant,
sive quia pecuniis pro illuc deducendis
testibus hujusmodi necessariis carebant, matri-
monio minime celebrato cum scandalo, & pec-
cato in mutua consuetudine, & commercio
perseverabant, ac proinde dictus Comes me-
morati Caroli Regis nomine Congregationi praefatae
supplicasset, quatenus ad ejusmodi incon-
venientia tollenda Ordinariis praedictis praeci-
peret, ut quoad loca a Curia Episcopali ultra
duas dietas distantia Parochialium Ecclesiarum
Rectoribus, sive aliis personis sibi benevisis fa-
cultatem recipiendi probationes super statu libe-
ro ma-

Causa Decre-
ti d. Congre-
gationis.

Priori Carthusien: factum fuit praecipuum non egre-
diendi Const. 1692, Nov. 4, P. 2. Et Clem. XI.
Const. ed. 1712, Maji 2, P. 12, interdictum fuit
esus carni.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet
meritorum nostrorum suffragio, per inef-
fabilis divinae bonitatis divitias evecti, ea, quae
a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris,
stabilenda inter Religiosos viros a saeculi turbis
segregatos, & Altissimi obsequiis sub laudabili
strictioris observantiae instituto addictos tranquil-
litate studio provide, atque sapienter constitu-
ta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper,
atque illibata serventur, Apostolici praedicti no-
stri patrocinio, cum id a nobis petitur, libenter
corroboramus, illisque ne temerario cujusquam
ausu violentur, novas sanctiones adjungimus,
sicut conspiciamus in Domino rationi esse con-
sentaneum.

Exordium.

§.1. Alias siquidem pro parte tunc existen-
tium Prioris majoris Domus Carthusiae Gratia-
nopolitanae, & Diffinitorum Capituli
Generalis Ordinis Carthusien. fel. rec. Julio Pa-
pa II. praedecessori nostro exposito, quod licet
omnes Domus dicti Ordinis citra, & ultra mon-
tes, ac ubilibet existentes, illarumque Religiosi
sub una obedientia, videlicet Prioris, & Diffi-
nitorum praedictorum existerent, & quos una
Religio, ac Professionis vinculum alligaverat,
nulla emulatio, nulla praesidendi ambitio, aut
quavis alia causa ab invicem separare debuisset,
sed charitatis vinculum in unitate pacis, eos con-
servare, nihilominus humani generis inimico
procurante, & instigante, contingere poterat
quod aliqui Religiosi Ordinis praedicti aliis obe-
dientibus subijci tentassent, & ab eorum vero
Superiore, & Capite discedere, unde non solum
illorum, sed etiam aliorum Religiosorum ejus-
dem Ordinis animarum periculum evenisset,
ipsaque Religio in dies scissuram passa fuisset, ac
successu temporis, quae inter ceteras asperioris,
seu strictioris observantiae existerat, paulatim
ad laxiorem vivendi modum declinasset. Idem
Julius praedecessor supplicationibus eorumdem
Prioris, & Diffinitorum nomine sibi super hoc
humiliter porrectis inclinatus, quod omnes, &
singulae personae dicti Ordinis tunc, & pro tem-
pore existentes cujuscumque status, & condi-
tionis, vel praesentiae essent, vel fuissent,
quae per se, vel per alium seu alios directe, vel
indirecte, publice, vel occulte procurassent
aliquam divisionem in Ordine praedicto, seu
exemptionem aliquam Domorum ipsius Ordinis,
ac illius Religiosorum a communi obedientia
Prioris, & Capituli generalis praedictorum eo
ipso omnibus obedientibus, & officis in eodem
Ordine perpetuo privatae, & ad similia obe-
dientias, & officia perpetuo inabiles existerent,
ac omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus,
immunitatibus, gratiis, & Indultis dicti Ordini
& illius personis in genere, vel in specie quomo-
dolibet concessis, & concedendis sine spe rehabi-
litationis ad illa, perpetuo careret, literaque
Apostolicae desuper impetranda gratiam, seu
justitiam concernentes, nullius essent penitus
robo-

Epilogus d.
Constitutio-
nis, qua inter-
dicitur omnis
divisio in Or-
dine sub poe-
na privationis
& inhabilita-
tionis.

Decreti praedicti.

Preces Regis
Catholici.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausula.

ro matrimonia contrahere volentium concede-
rent, itaut probationibus hujusmodi factis ad
matrimonii celebrationem deveniri valerent,
Emanavit ab eadem Congregatione Cardina-
lium Decretum tenoris, qui sequitur, vide-
licet = Feria quarta die nona Aprilis 1698. In
Congregatione Generali Sanctae Romanae, &
Universalis Inquisitionis habita in Conventu
Sanctae Mariae super Minervam coram Emis, &
Rmis Dnis S. R. E. Cardinalibus in tota Repu-
blica Christiana contra haereticam pravitate
Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apo-
stolica specialiter deputatis = Lecto retroscripto
Memoriali, Eminentissimi, & Rmi DD. Car-
dinales Generales Inquisitores praedicti annue-
runt praedictae instantiae, & mandarunt, quod
per DD. Episcopos deputentur ad hunc effectum,
vel Vicarii Foranei, vel alii eis benevisi = Joseph
Bartholus Sanctae Romanae, & universalis Inqui-
sitionis Notarius = Cum autem, sicut eadem
expositio subijungebat, firmiora sunt, & serventur
exactius illa, quae Apostolici muniminis praedicti
roborantur, Nobis propterea praedicti Car-
oli Regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis
opportune providere, & ut infra indulgere
de benignitate Apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur piis ejusdem Caroli Regis vo-
tis hac in re quantum cum Domino possumus,
favorabiliter annuere volentes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, Decretum praesentium
auctoritate Apostolica tenore praesentium appro-
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis
Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva ta-
men semper in praemissis auctoritate memorata
Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem praesentes Literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus fortiri, &
obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in
futurum plenissime suffragari, & ab eis respective
inviolabiliter observari: sicque in praemissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,
judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane,
si secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & in-
Universalibus, Provincialibusque, & Synoda-
libus Concilii editis generalibus, vel specialibus
Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium
Literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate
constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur,
quae haberetur ipsis praesentibus si forent
exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Pisc. die III. Martii MDCXCVIII.
Pontificatus Nostri Anno Septimo.

CLVIII.

Confirmatur Constitutio Julii II. pro unitate
servanda in Ordine Carthusien. cum adfectio-
ne poenae excommunicationis in contrave-
nientes.

Dat. 23. Julii
1698. An. 8.

restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare posse sed ipsas presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime, & perpetuo susfragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutum, aliisque quibusvis, etiam jura merito, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, illorumque Superioribus, & personis, ac aliis quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, in genere, vel in specie, vel alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, que præsentibus adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die IV. Augusti MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

C L X.
Confirmatur Decretum Congregationis Episcopi & Reg. de interventu Generalis, Provincialium, & Rectorum cum Discretis in Capitulis Provincialibus Congreg. Doctrinæ Christianæ in Gallia.

Dat. 9. Aug. 1698. An. 8.

Const. ed. 1697, Mar. 23, P. 6 agitur de abrogatione Discretorum. Et Clem. XI Const. ed. 1708, Jun. 25, P. 8 de voce Dissimulatis adiunctis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Josephi Bellissen. Procuratoris Generalis Congregationis doctrinæ Christianæ in Gallia Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod licet alias in quadam causa Parisien concordatis dubiis, Primo, An Capitulum Provinciale Parisiense esset validum. Secundo An determinatio vocalium facta in Constitutionibus pro Capitulo Provinciali esset approbanda, ipsi Congregationi Cardinalium respondere placuisset: Ad primum sustineri: Ad secundum negative excepto Generali actuali, nihilominus illa verba = Excepto Generali actuali nisi clare referrentur ad eos, qui debebant interesse Capitulo Provinciali, & ad eos, qui ab eodem Capitulo debebant excludi, secum ferebant aliquam dubietatem, an scilicet determinatio vocalium facta in Constitutionibus pro Capitulo Provinciali huiusmodi eligenda esset approbata tantum in Persona Generalis actualis, non vero in aliis vocalibus, qui erant in eadem determinatione Constitutionum, nempe in Provinciali, Rectoribus, & Discretis, cum tamen mens ejuſdem Congregationis Cardinalium fuisset tamen excludere ab hac determinatione Commissarium, Exgeneralibus, & Exprovincialibus immediatum: Ideoque pro parte dilecti Josephi Procuratoris Generalis eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut ad effectum condendi legem claram, ac dandi quietem supra dictæ Congregationi Doctrinæ Christianæ explicite determinare dignaretur, quod in posterum in Capitulo Provinciali interessent tantum, & quidem per se Generalis actualis, Provincialis, ac Rectores omnes cum suo quisque Discreto, & Capitulo Conventuali, ubi sex vocales resedissent, eligendo quandoquidem hi omnes exclusis Commissario, Exgeneralibus, & Exprovincialibus remanebant in determinatione facta in Constitutionibus, & id erat, quod ab omnibus petebatur ad pacem conciliandam, & ut lex remaneret clara, & inconcussa, ita tamen, ut in reliquis Constitutionibus prædictæ Congregationis doctrinæ Christianæ minime approbata intelligerentur: emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, censuit, ac declaravit, quod in Capitulis Provincialibus interesse poterant Generalis actualis, Provincialis, & Rectores omnes cum suo quisque Discreto a Capitulo Conventuali, ubi sex

Causa d. Decreti.

Proces Procuro- ratoris Gen.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

vocales resedebunt, eligendo Romæ 6. Septembris 1697. G. Cardinalis Carpineus loco & Sigilli. A Archiepiscopus Athenarum Secretarius.

§.1. Cum autem sicut prædictus Josephus Prior Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum huiusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti summopere desideret. Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime susfragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, Apostolicis, necnon dictæ Congregationis doctrinæ Christianæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die IX. Augusti MDCXCVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

C L X I.

Dat. 10. Aug. 1698. An. 8.

Aboletur Venalitas Officii Camerariatus S.R.E. cum dismembratione quamplurimum ejus reddituum Cameræ Apost. & Aromatarie pro pauperibus Urbis adscriptorum.

Inter plures Concessiones factas Camerario præsertim est, illa Greg. XV. Const. ed. 1621, Maji 6, P. 1. Hujus Pontificis Const. ed. 1690, Mar. 15, P. 1 restituti fuere fructus Vice-Cancellario, Const. ed. 1682, Oct. 23, P. 2 abolita fuit venalitas Auditoris, Theſaurarii, 12 Clericorum, & Præsidentis Camera. Et Const. ed. 1699, Feb. 30, P. 9 agitur de datis & promissis pro iustitia, vel gratia.

Decretum de Congregationibus.

voca-

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis, quem constituit Dominus super familiam suam, ministerium pertinet, ut post multas, & graves Pastoralis Officii curas, ad temporalium quoque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bonorum custodiam vigilet, & Cameræ Apostolicæ, per quam quotidianis pro conservatione Ecclesiasticæ ditionis oneribus, & communibus etiam Christianæ Reipublice necessitatibus subvenitur, profectui, & commodis, tamquam fidelis dispensator, & prudens, habita etiam de pauperibus, quorum Ecclesiæ res patrimonium sunt, provida ratione prospiciat: Sicque reseratis, absque dignitatis immutatione, que in Romanæ Curie majoribus etiam Officiis superflua videri possunt, fiat unius abundantia multorum inopia supplementum.

§.1. Cum itaque vetus, ac præclarum Nostrum, & S.R.E. Camerariatus Officium, quod per obitum bon. mem. Pulutii, dum vixit, Episcopi Portuensis S. R. E. Cardinalis de Alteriis nuncupati vacavit, & vacat in præsens, Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum concessione multiplici, ac præsertim felic. recordationis Gregorii XV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo pridie Nonas Maji Pontificatus sui Anno Primo desuper expeditis Literis, ultra quamplura privilegia, & facultates, atque prerogativas pinguis redditibus, & emolumentis hætenus abundare consueverit, quæ quidem ex eo maxime decursu temporis excrevisse noscuntur, quod olim Camerariatus huiusmodi inter Romanæ Curie Officia venialia recensebatur, cujus propterea ingenti pretio congruebat reddituum affluentiam respondere: Nos qui ne in posterum Causarum Curie Cameræ Apostolicæ Auditoratus, ac Theſaurariatus generalium, necnon Clericatum, & Præsidentatus Officium recepto pretio concederentur, alias edita Constitutione Nostra sancivimus; eoque magis a prædicto Camerariatus officio, quod personis amplissima Cardinalatus Dignitate fulgentibus tribui solet, omnem venalitatæ, ac pretii mentionem arceri consultius arbitramur, eidem Cameræ Nostræ, que jam a longo tempore liberalibus, ac gratioribus eorumdem Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum condonationibus intervenientibus pretii commodum non recepit, & multis alias oneribus prægravatur, indemnitati consulere congruum duximus, simulque Sapientis illud = *Honora Dominum de tua substantia*, monitum adimplendo, in aliquod pium opus huic Alme Urbi Nostræ maxime necessarium, præfatorum portionem fructuum erogare.

§.2. Quapropter habito super his nonnullorum dilectorum, filiorum Romanæ Curie Prælatorum probitate doctrina, rerumque usu præstantium consilio, atque etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione prædicti Camerariatus Officii venalitatem omnem penitus, & omnino suppressimus, extinguimus, & abolemus, illudque deinceps absque ulla profusus pretii interventione virtutis, ac meritum dum.

Exordium.

Causa hujus Constitutionis.

Abolito Venalitate dicti Officii motu proprio facta.

roboris, vel momenti, auctoritate Apostolica perpetuo statuit, & ordinavit, & alias prout in ipsius Julii prædecessoris literis desuper sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1508. decimo sexto Kalendas Julii Pontificatus sui anno Quinto expeditis uberius continetur.

Preces Procuratoris Generalis & causa hujus Constitutionis.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Maria de Rochefort Procurator Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse quo Ordo prædictus, in ea, quæ de præsentibus gaudet, & hæcenus, benedicente Domino gavissus fuit unitate, & integritate in perpetuum conservetur, ac quodcumque in eo scissurarum periculum in posterum avertatur, supradictas Julii prædecessoris literas per Nos confirmari, & innovari, eosque præterea, qui illis contraveniant graviorum poenarum metu coerceri plurimum desideret: Nos Religiosæ personarum Ordinis supradicti, quem in visceribus gerimus charitatis, quieti, & tranquillitati per amplius consulere, ac ipsius Joannis Mariæ Procuratoris Generalis votis hæc in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec non memoratarum Julii prædecessoris literarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto habentes, supplicationibus ejusdem Joannis Mariæ Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis prædictas Julii prædecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis firmitatis vim, robor, & efficaciam adjungimus. Ac omnibus, & singulis supradicti Ordinis Religiosis tam subditis quam Superioribus quocumque gradu, dignitate, officio, vel præminencia præditis nunc, & pro tempore existentibus ne literis prædictis directe, vel indirecte sub quovis quæsito colore, pretextu, vel ingenio contravenire audeant quomodolibet, seu præsumant, sub poena excommunicationis, & contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua absolutionem nemo præter Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus concedere valeat, harum serie districte prohibemus, & interdicimus.

Confirmatio Constitutionis Julii, & adjectio poenæ excommunicationis.

Claufulæ.

§.3. Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus,

& singulis illis, quæ in prædictis Julii prædecessoris literis concessa sunt non obviare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus habeatur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Julii MDCXCVIII. Pontificatus Nostri An. Octavo.

CLIX.

Confirmatur, & denuo erigitur Congregatio super Disciplina Regulari cum concessione facultatum, & abolitione Congregationis super Statu Regularium.

Die 4. Aug. 1698. An. 3.

Erecta fuit Congregatio super Disciplina Regulari ab hoc Pontifice. Congregatio vero super statu Regularium ab Inn. X. Indicta fuit Visitatio Apostolica in Urbe ab hoc Pontifice Const. ed. 1693, Jan. 11, P. 2. Et iterum a Clem. XI Const. ed. 1701: Jan. 14, P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Debitum Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per univèrsam Orbem diffuse regimini divina dispositione præsidemus, Nos urget, atque impellit, ut paternam Christianifidelium, qui e fluctibus sæculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt; curam gerentes, ad ea, per quæ Regularis illorum observantia, atque Disciplina opportunis rationibus facta tecta custodiri, & sicubi collapsa est, adjuvante Domino, reparari valeat, favorabiliter intendamus concessaque Nobis a Domino potestatis partes studiosâ charitate desuper interponamus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, ac spirituales Populi Christiani ædificationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§.1. Cum itaque Nos alias Sanctum, & salutare Ecclesiæque Dei maxime fructuosum Regulari Discipline instaurandæ opus aggressi, Congregationem nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum Filiorum Romanæ Curie Prælatorum super eadem Disciplina Regulari specialiter deputaverimus; ipsaque Congregatio sic deputata plura hæcenus, & quidem valde utilia, atque opportuna hac in re Decreta ediderit; verum sicut non sine gravi animi Nostri molestia accepimus, tametsi Decretorum hujusmodi observantia in plerisque Religiosorum Virorum Monasteriis, seu Conventibus prospere, & feliciter introducta fuerit, atque exinde inibi uberius in dies electi sanctorum operum frumenti messis benedicente Domino exurgat, non eosdem tamen alibi coeleste idem semen afferat fructus; neque enim cessavit, nec adhuc cessat humani generis hostis in agro Domini superfeminare zizania, quæ Patris familias sementem suffocant: hinc est quod Nos prophetici illius moniti memores =

Causa d. Confirmationis, & novæ erectionis.

motus = Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam = ut constans, enixaque voluntas Nostra inceptum opus hujusmodi peculiari studio, summaque animi contentione prosequendi magis, ac magis omnibus innotescat, omnisque transgressoribus vano, falsoque silentii Nostri prætextu sese excusandi occasio penitus præcidatur: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine, prædictam Congregationem Cardinalium, & Prælatorum super Disciplina Regulari a Nobis, ut præfertur, deputatorum, ac in futurum tam a Nobis, quam a Successoribus Nostri Romanis Pontificibus deputandorum tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis, & irrefragabilis Apostolici muniminis vim, robor, & præsidium adjungimus; & nihilominus eandem Congregationem Cardinalium, & Prælatorum super Disciplina Regulari denuo quatenus opus sit, etiam perpetuo erigimus, & institui-mus. Ipsius autem Congregationis a Nobis sic confirmatæ, seu de novo erectæ facultates sint, & esse debeant: intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium designandi, ac deputandi pro Novitiatibus, & Professoris Conventibus, Monasteria, Collegia, ac Domos quorumcumque Monachorum, & Regularium Virorum cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti tam Mendicantium, quam non Mendicantium, etiam necessario exprimiendi; necnon Novitiatus, & Professoria hujusmodi mutandi transferendi, suspendendi, & supprimendi, prout utilitas, & necessitas postulaverit, ac exegerit; dandi licentias Superioribus Regularibus, ad quos pertinet, recipiendi in Novitiatibus sic deputatis Novitios ad habitum, & Professionem: Decreta tum felic. recor. Clementis Papæ VIII. prædecessoris Nostri super Reformationem Regularium, ac præsertim ea, quæ Institutionem, & educationem Novitiorum concernunt, tum ab ipsâ Congregatione super Disciplina Regulari die 18. Julii 1695. jussu Nostro edita exequendi; quascumque inde emergentes controversias decidendi; potissimum vero exactæ Vitæ communis observantiam promovendi; atque ad hunc effectum dumtaxat novas quorumcumque Conventuum, Monasteriorum, Collegiorum, & Dommorum hujusmodi fundationes diligenter examinandi, ne ulla scilicet in posterum Religiosorum Virorum loca fundari, erigi, aut quovis modo institui contingat, nisi in quibus eadem Vita communis, juxta ultimo dictorum Decretorum præscriptum, perpetuo, & exacte servari valeat: omnia demum, & singula faciendi, ordinandi, decernendi, statuendi, & exequendi, quæ ad eandem Disciplinam Regularem efficaciter stabilendam, sive restituendam quomodolibet pertinere possunt, & in præmissis omnibus etiam poenis, & censuris Ecclesiasticis procedendi. Cæterum, quia sicuti nonnullorum Romanorum Pontificum prædecessorum etiam Nostrorum vestigiis inherentes, Regularibus Italiæ, Insularumque adjacentium, utpote Nobis propioribus, ac veluti ante oculos hujus Sanctæ Sedis constitutis, quoque proinde cæteris Religiosæ Vitæ exemplo præluere maxime decet, præcipuum quamdam Apostolici muneris Nostri sollicitudinem impendendam esse du-ximus, ita reliquos omnes Religiosos Viros toto

Confirmatio, & nova erectio motu proprio facta.

Facultates d. Congregationis intra fines Italiæ.

Item facultas extra fines Italiæ.

Orbe diffusos, Nostræque speciali curæ subiectos minime negligendos putamus, tam enim iis, qui longe quam illis, qui prope sunt, debitores Nos esse cognoscimus, earumdem tenore præsentium præcipimus, & mandamus, & præcipuum, ac peculiare dictæ Congregationis munus, & cura sit Nobis, ac pro tempore existentibus Romano Pontifici ea jugiter suggerere, & proponere, quæ pro eorumdem Regularium ubicumque existentium cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, aut Instituti sint, fovenda, seu reparanda Disciplina, felicibusque illorum in via Mandatorum Domini progressibus, & laudabilibus studiis juvandis necessaria, & opportuna fore in Domino judicaverit. Quoniam vero de præsentibus etiam alia Congregatio nonnullorum Venerabilium itidem Fratrum Nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium, ac dilectorum pariter Filiorum Curie prædictæ Prælatorum super statu Regularium nuncupata dudum a rec. mem. Innocentio X. instituta, ac Clemente IX. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris respective confirmata reperitur, eique plures ex prædictis facultatibus dictæ Congregationi super Disciplina Regulari per Nos, sicut præmittitur, concessis, attributæ fuerunt, ne aucto ejusmodi Congregationum numero rectum agendi ordinem confundi, atque inde Regulares Viros nimis distrahi adeoque ipsos ex iis, quæ pro salubri, prosperaque illorum directione provide, ac sapienter instituta fuerunt, perniciosius potius, & incommodum, quod absit, experiri contingat, dictam Congregationem super statu Regularium motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus harum serie similiter perpetuo extinguimus, supprimimus, & abolemus; omnes vero, & singulas facultates ipsi Congregationi super statu Regularium quomodocumque, & quomodocumque concessas, iis dumtaxat exceptis, quas memoratæ Congregationi super Disciplina Regulari, sicut præmittitur, impertiti fuimus, in Congregationem Venerabilium etiam Fratrum Nostrorum dictæ S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam perpetuo itidem transferimus, & transportamus.

Abolitione Congregationis super Statu Regularium, eisque facultates quibusdam exceptis conceduntur Congregationi Episcop. & Reg.

§.2. Decernentes easdem præsentibus Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, Ordinis, præminentiæ, & Dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, & alias specifica, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas præsentibus emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia quacumque, etiam quantumvis juridica, pia, & privilegiata causâ, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, modificari, retractari, in controversiam revocari, seu ad terminos Juris reduci, aut adversus illas aperiuntis oris,

dumtaxat intuitu conferri decernimus, & mandamus.

Disinembratio emolumentorum.

§.3. Omnes autem prefati Camerariatus Officii fructus, redditus, proventus, regalia, familiaria, jocalia, responiones, conventiones, aliaque cujusvis generis emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria quocumque nomine nuncupata, & undecumque provenientia, ad Camerarium pro tempore existentem, tam Sede Apostolica plena, quam vacante, quomodolibet pertinentia & ab eo percipi solita, ab eodem Camerariatus officio, salva dumtaxat infra scripta reservatione, harum serie penitus, & omnino disinembramus, ac separamus, & pro disinembratis, ac separatis haberi volumus, & mandamus.

Conferuntur Camerario privilegia omnia, & emolumenta ex sigillo.

§.4. Porro, ut memorati Officii amplitudo ea, qua decet, auctoritate, & honorificentia conservetur, simulque expensarum, ipsi incumbentium necessitati de alicujus subventionis auxilio provideatur, privilegia, facultates prerogativas, preeminencias, antelaciones, exemptiones, immunitates, jurisdictiones, gratias, & Indulta omnia, que Camerario predicto pro tempore existenti tam ex prefatorum Pontificum Predecessorum Nostrorum concessione, quam ex legitima, & approbata consuetudine, aut alias quomodolibet competebant, & quibus Palutius Episcopus Cardinalis, & Camerarius prefatus usus, potius, & gavisus fuit, seu uti potiri, & gaudere debuit, excepta tamen facultate conferendi, seu providendi Officia in prefatis Gregorii Predecessoris literis enumerata, super quibus omnibus, & singulis, eaque in futurum conferendi forma specialiter providere intendimus, salvisque aliis infra dicendis, eidem Camerario pro tempore existenti in omnibus, & per omnia, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earumdem tenore presentium preservamus, confirmamus, & innovamus, eique omnia, & quacumque emolumenta ex sigillo ejusdem Officii provenientia, & hactenus percipi solita cum suis honoribus, & oneribus plenarie reservamus, & quatenus opus fit, denuo concedimus, & attribuimus.

Ex aliis emolumentis nonnulla pro Dote d. Antoniarie assignantur.

§.5. Quoniam vero quemadmodum ab ipso suscepti a Nobis Apostolatus initio pauperum, qui Domini Nostri Jesu Christi personam sustinent, necessitatibus sublevandis, invalidorum Hospitium Apostolicum erigendo, & juxta Prophetæ consilium, egenos vagosque in Domum Nostram inducendo, necnon puerorum, ac puellarum institutioni simul, & indigentia proficiendo Pastoralis Nostræ sollicitudinis ministerium impendimus, ita cæteras, gravesque distæ Urbis necessitates, urgente Nos jugiter Pastoralis officii debito, oblivisci non possumus, propterea miseriam inopum, & gemitum pauperum, præsertim infirmitate corporis laborantium, qui ad Nosocomia, quibus eadem Urbs, benedicente Domino abundat, transportari commode nequeunt, quantum cum Domino possumus, sublevare volentes, attento quod Palutius Episcopus, & Cardinalis, & Camerarius predictus, qui etiam Archiconfraternitatis Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe Protector existebat, inter cætera pietatis, & Christianæ Charitatis officia publicam Aromatariam, seu medicamentorum officinam pro pauperibus a similis memorie Francisco, dum vixit, Epi-

scopo Hostiensi, ejusdem S.R. E. Cardinali Barberino nuncupato, distæ Archiconfraternitatis itidem Protectore proprio are primum erectam, instructamque, ac per plures annos usque ad obitum de necessariis provisam, suis pariter sumptibus providebat, & sustentabat; ut tam pii operis firmitati perpetuæ dotis constitutione consultum sit, ex prefatis emolumentis, atque proventibus, ut præfertur, a Camerariatus Officio disinembratis, omnia, & singula, que tam ex massa Collegii Notariorum Camere nostre Apostolicæ, quam ex Collectoris in Regnis Hispania, Lusitania, & Neapolis ac universa Italia vigesima nuncupata, quæque ad rationem duorum, pro centenariis super spoliis, fructibus, & emolumentis omnibus dictarum, & aliarum Collectoriarum ubicumque institutarum, & instituentiarum, ac etiam occasione Decimarum impostarum, & imponendarum quarumcumque, sive subsidiarum eorum loco suppositorum, & supponendorum, Camerario prefato pro tempore obveniebant, & ab eo percipi consueverant, in eo tamen statu, quo de presenti sunt, atque erunt in futurum, itaut ob quamcumque eorum diminutionem quantumvis maximam, atque etiam totalem, & integram deficientem ad ali-quod supplementum Camera predicta nullo unquam tempore teneatur, eidem Aromataria, seu Officina, sub prefata Archiconfraternitatis, ejusque Prioris, ac Deputatorum pro tempore existentium administratione, earumdem tenore presentium perpetuo donamus, concedimus, & assignamus.

Reliqua vero emolumenta restituuntur Camere cum quadam disinembratioe a Tribunali Viarum.

§.6. Reliquos autem omnes Camerariatus Officii prefati fructus, redditus, ac proventus, ut supra, disinembratos, Camere supradictæ, debitis tamen iisdem annexis, atque antea Camerario predicto ratione fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi incumbentibus oneribus per eam congrue supportatis, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, harum serie perpetuo eidem restituimus, reunimus, applicamus, & incorporamus. Ac signanter omnia, & singula emolumenta, seu præstationes predicto Camerario pro tempore existenti, ex rebus venalibus, seu stationum pro venditoribus locatione, aut alias in Foro Agonali, solitis detractis oneribus, quomodolibet competentia, & ab eo percipi hactenus consueta, que alias per nos dudum edita Constitutione Tribunali, & Magistratui Viarum sub cura pro tempore existentis illarum præsidis restituta, unita, & incorporata fuerant, cum experientia, compertum sit, ex gratis, & concessionibus in eadem Constitutione contentis, & successive diligentiori prefati Tribunalis regimine satis ejusdem necessitatibus esse consultum, prævia eorumdem emolumentorum ab eodem Tribunali, ac Magistratu, & quatenus opus sit, nova etiam a prefato Camerariatus Officio disinembratioe, necnon ante distæ Constitutionis Nostræ hac in parte dumtaxat derogatione, cæteris omnibus in eadem Constitutione dispositis, ac præsertim Jurisdictione Tribunalis ejusdem, necnon facultate locandi, de consensu tamen Commissarii Generalis memoratæ Camere pro tempore existentis in suo robore permanentis eidem Camere Nostræ perpetuo pariter unimus, annectimus, & incorporamus.

§.7. Decernentes easdem presentes literas, Clausula, & in

& in ea contenta quæcumque etiam ex eo, quod prefati Præses, & Magistri Viarum, seu alii ejusdem Tribunalis, ac Magistratus Officiales, & alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, tamen si suorum Indultorum seu Privilegiorum vigore consentire, vocari, seu audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, privilegiata causa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus alioque quocumque etiam quantumvis magno, formali, & substantiali defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in Jus vel controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, nullatenus posse: sed semper & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, & quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Eccl. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, distæque Camere Præsidentes Clericos, & alios Officiales, & Ministros quoscumque, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus quoad ea, que presentibus advertantur, prædictis Gregorii Predecessoris, & Nostris super confirmatione, & concessione facultatum Magistratus Viarum Literis, & quatenus opus sit de Jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon felic. record. Symachi, Pauli II. Pauli IV., necnon aliorum quoruncumque Romanorum Pontificum Predecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Camere prefatæ non alienandis, & male alienatis recuperandis, aliisque non obligandis, ac rec. Mem. Pii Papæ IV. similiter Predecessoris de gratis qualecumque Camere Apostolicæ interesse concernentibus in dista Camera intra certum tempus presentandis, ac registrandis; itaut presentes Literas ibidem presentari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac distæ Camere, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, regulis, & consuetudinibus, ac Decretis etiam Camera libus, & Concistorialibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, ejusdem Camerario, Camere, Tribunali, Magistratui, & Officialibus prefatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodo-

libet per Nos, & Romanos Pontifices Predecessores Nostros in contrarium eorumdem præmissorum concessis, ac etiam pluribus confirmatis, & innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur. iisdem presentibus pro plene, ac sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram suppressionis, disinembratiois, præsertationis, confirmationis, reservationis, concessionis, applicationis, incorporationis, intentionis, Decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCXCVIII. quarto Idus Augusti Pontificatus Nostris Anno Octavo.

CLXII.

Reformantur Constitutiones Clem. VIII, & Pauli V. super regimine S. Domus, & Civitatis Lauretanæ.

Dat. 20. Aug. 1593. An. 8.

Constitutio Clem. VIII edita fuit 1524, Jan. 13, P. 1. Et Const. Pauli V. ar. 1620, Jul. 16, P. 16. Hujus Pontificis Const. edita 1693, Nov. 10, P. 3. vultum fuit gubernium Terrarum Civitatis Vetula, Bened. XIII Const. edita 1721, Sep. 13, P. 1. conceditur Custodi S. Sepulchri facultas conferendi Sacramentum confirmationis. Et Const. edita 1726, Octobr. 19, P. 3. agitur de Locumtenente Generali Ravennate.

INNOCENTIUS PAPA XII.

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sancta Redemptionis humanæ Mysteria quibus, & Christianæ Religionis primordium, & universæ per Orbem Ecclesiæ dignitas, & ipsa Romani Pontificis Christi Vicarii Apostolica celsitudo confurgit, quemadmodum ad intimum doloris sensum ex Sanctorum locorum, in quibus ea Dominus Noster operari dignatus est, sub infidelium tyrannide gentium consideratione Nos provocant; jamdiu enim est, quod venerunt gentes in hereditatem Domini, polluerunt Templum Sanctum ejus, & polluerunt Civitatem Sanctam Jerusalem in opprobium, & directionem: ita ad Sacra ejusdem Redem-

Exordium 2. cunctis huius Constitutionis partibus.